

PRIMA ELEmenta grammaticæ

In usum juventutis SCOTICAE ab ALEXANDRO HUMIO digesta.

Quibus viam ad grammaticam suam munit



EDINBURGI,
Excudebat THOMAS FINLASON. 1612.
Cum privilegio Regiæ Majestatis.

RVDIMENT.

Etymol. liber primus

DE VERBO.

De voce imperfecta.
Cap. I.

GRAMMATICA est ars bene loquendi. Ejusque partes sunt Etymologia, & Syntaxis.

Etymologia est prior pars grāmaticæ, quæ vocum affectiones exponit.

Uoxq; est imperfecta, aut perfecta.

Vox imperfecta pars est perfectæ nihil significans. Estq; litera, aut syllaba.

Literæ sunt unde syllabæ conficiuntur. Suntq; Vocales, aut Consonantes.

Vocales sunt voces infractæ simplices. Sūtque, a, e, i, o, u, & y, quæ greca est.

Consonantes sunt voces contactibus oris fractæ. Suntq; b, c, d, f, g, j, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, v, x, & z.

Syllaba est simplex, aut composita:

Simplex est, ex solis vocalibus, ut, a, e:

Composita aut est, ex vocalibus conjunctis; ut æ, au: ei, eu, œ, oi. hę diphthongi vocãtur: aut ex vocalibus & consonis simul, ut, an, en.

De voce perfecta. Cap. II.

VOx perfecta est, quæ aliquid significat. Estque personalis, aut impersonalis.

Personalis est, quæ personam notat. Estq; primæ, secundæ, aut tertiæ personæ.

Primæ est, *ego*, & ejus casus, *mei*, *mibi*, *me*, Et Plur. *nos*, *nostrum*, *nobis*.

Secundæ est, *tu*, & ejus casus, *tui*, *tibi*, *te*. Et Plur. *Vos*, *vestrum*, *vobis*. Et omnes vocatiui, ut *Domine*, *serue*, *fili*.

Tertiæ sunt reliqua omnia nomina: ut *lignum*, *lapis*, *amor*, *odium*, *virtus*, *vitium*.

Persona est singularis, aut pluralis. Vox singularis unum significat. ut *equus*, ane horse.

Pluralis plura significat. ut *equi*, horses. hic personalium numerus vocatur.

De verbi tempore. Cap. III.

VOx Perſonalis eſt Verbum, aut Nomen. Verbum eſt vox omnium perſonarum per tempora, & modos variata.

Tempus eſt, præſens, pręteritum, & futurũ

Præſens eſt rei, quę nunc eſt. ut *Scribo*, [I write,] *Ludo*, [I play.]

Præteritum eſt infectum, aut confectum. Infectum eſt rei non tum finitę. ut *ſcribebam* [I was writing,] *ludebam*, [I was playing.]

Confectum eſt rei finitæ .Eſtq; perfectum aut pluſquam perfectum.

Perfectum eſt rei pręteritæ jam finitę. ut *ſcripſi*, [I haue writtẽ:] *luſi*, [I haue played]

Pluſquam perfectum eſt rei jam olim finitæ. ut *ſcripſeram*, [I had written.] *luſeram*, [I had played.]

Futurum eſt rei futuræ. ut *ſcribam*, [will write.] *ludam*, [I will play.]

De modo verbi.
Cap. IIII.

MOdus eſt finitus, aut infinitus. finitus eſt, qui certis finibus perſonas, & numeros diſtinguit. Eſtque primus, ſecundus, & tertius.

Primus præſens flectit per, o, s, t: mus,

tis, nt. Imperfectum per bam, bas, bat: bamus, batis, bant. Perfectum per, i, isti, it. imus, istis, erunt vel ere. Plusquam perfectũ per ram, ras, rat: ramus, ratis, rant. Futurum per bo, bis, bit: bimus, bitis, bunt. Aut am, es, et: emus, etis, ent.

Secundus modus præsens flectit per m, s, t: mus, tis, nt. Imperfectum per rem, res, ret: remus, retis, rent. Perfectum per rim, ris, rit rimus, ritis, rint. Plusquam perfectum per, ssem, sses, sset: ssemus, ssetis, ssent. Futurum per, ro, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Tertius modus mutilis est, & solas habet futuri secundas, & tertias personas.

Infinitus modus est, qui nullis finibus personas, & numeros distinguit. ut *me scribere*, *te scribere*, *illum scribere*. *Nos scribere*, *vos scribere*, *illos scribere*.

De Conjugatione.
Cap. V.

COnjugatio est verborum per modos, & tempora variatio. Estq; analoga, aut paraloga.

Analoga est, quæ ad certam formam flectitur. Estq; prima, secunda, tertia, & quarta.

Pri-

Prima cujus figuratiua eſt, a, longa: ut,
Placo, placas, placat: placamus, placatis, placant.
Secunda cujus figuratiua eſt, e, longa: ut
Placeo, places, placet: placemus, placetis, placent.
Tertia cujus figuratiua eſt, i, brevis. ut,
Sallo, ſallis, ſallit: ſallimus, ſallitis, ſallunt.
Quarta cujus figuratiua eſt, i, longa: ut,
Salio, ſalis, ſalit: ſalimus, ſalitis, ſaliunt.

De vniuerſali forma a prima præſentis. Cap VI.

HÆ flectuntur per, o, aut or. O, actiuorũ fere eſt. Ejuſque formatio eſt primaria, aut ſecundaria.

Primaria, quæ e pręſenti fluit. Eſtq; univerſalis, aut particularis.

Univerſalis, quæ per omnes conjugationes una eſt. Fluitq; vel e prima, vel e ſecunda pręſentis primi modi.

E prima præſentis fluit pręſens ſecundi modi mutando, o, in em, aut o, in am.

O, in, em, prima conjugatio mutat. ut,
Placo, placem, ces, cet: cemus, cetis, cent.

O, in am, mutant reliquę tres. ut,

Placeo } *Placeam, as, at: amus, atis, ant.*
Sallo. } *Sallam, as, at: amus, atis, ant.*
Salio. } *Saliam, as, at: amus, atis, ant.*

De-

De vniuersali forma a secunda præsent. Cap VII.

E Secunda præsentis fluit preteritum perfectum. Idq; fit seruata, aut rejecta figuratiua.

Quæ figuratiuam seruant, delent s, & addũt vi. ut *amas, amaui, isti, it : imus, istis, erunt* vel *ere.* sic *deleo, deles, deleui : peto, petis, petiui ; audio, audis, audiui.*

Quæ perdunt figuratiuam, aut v, in u, mutant : aut, v, etiam pellunt.

Delent figuratiuam, & mutant, v, in u : ut *domas, domui, isti, it : imus, istis, erunt,* vel *ere.* Sic *doleo, doles, dolui ; Molo, molis, molui : Amicio, amicis, amicui.*

Quæ v, etiam pellunt principium retinent, aut augent.

Retinẽt, ut *lauo, lauas, laui, isti, it : imus, istis erunt,* vel *ere.* Sic *sedeo, sedes, sedi : Fodio, fodis fodi : Sartio, sartis, sarsi.*

Principium augent. ut *tendo, tendis, tetendi. Pendo, pendis, pependi ; Fallo, fallis, fefelli.*

De particulari forma primæ, & secundæ Conjugationis. Cap. VIII.

par-

Particularis forma, quę duarum conjugationum est propria. Estq; primæ, & secundæ conjugationis, aut tertię, & quartæ.

Prima, & secunda conjugatio e secunda pręsentis fundit imperfectum, & futurum primi modi; imperfectum secundi modi: Futurum tertii modi, & pręsens, & imperfectum infinitum. ut a

Placas.
- *Placabam, bas, bat : bamus, batis, bant.*
- *Placabo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.*
- *Placarem, res, ret : remus, retis, rent.*
- *Placa*, vel *cato, ato : ate*, vel *atote, anto.*
- *Placare .*

Places.
- *Placebam, bas, bat : bamus, batis, bant*
- *Placebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.*
- *Placerem, res, ret : remus, retis, rent.*
- *Place*, vel *placeto: eto : ete* vel *etote, ento.*
- *Placere.*

De particulari forma tertiæ, & quartæ Conjugationis. Cap. IX.

Tertia, & quarta conjugatio, e prima, aut e secunda pręsentis fluit.

Prima fundit imperfectum, & Futurum primi modi.

Imperfectum mutat, o, in e, & addit bam, ut à

Sallo. { *Sallebam, bas, bat : bamus, batis, bant*
Sallam, les, let : emus, etis, ent. }

Salio. { *Saliebam, bas, bat : bamus, batis, bant.*
Saliam, es, et : emus, etis, ent. }

Secunda præſentis fundit imperfectum ſecundi modi, futurum tertii modi, & præſens & imperfectum infinitum.

Tertia conjugatio mutat, i, brevem, in e, brevem : & quarta nihil mutat : ut á

Sallis. { *Sallerem, res, ret : remus, retis, rent.*
Salle vel *ſallito, ito : ite, itote, unto.*
Sallere. }

Salis. { *Salirem, res, ret : remus, retis, rent.*
Sali vel *ſalito, ito : ite, itote, iunto.*
Salire. }

De ſecundaria forma.
Cap X.

SEcũdaria forma e præterito perfecto fluit. Idq; mutando, i, lõgam in, e, brevem, aut nihil mutando.

Mutant, i, longam in e, brevem, pluſquam perfectum primi modi, perfectum, & fututũ ſecundi modi. ut à

placa-

Placa- { *Placaueram, ras, rat : ramus, ratis, rant*
vi. { *Placauerim, ris, rit : rimus, ritis, rint.*
{ *Placauero, ris, rit : rimus, ritis, rint.*

Sic à Placui, *placueram, placuerim, placuero.* à Salli, *ſalleram, ſallerim, ſallero.* à Salui, *ſalueram, ſaluerim, ſaluero.*

Nihil mutant pluſq. perfectũ ſecundi modi, perfectum, & pluſq. perfectum infinitum ut á

Pla- { *placauiſſem, ſſes, ſſet : ſſemus, ſſetis, ſſent*
cavi. { *placauiſſe.*

Sic á Placui, *placuiſſem, placuiſſe.* à Salli, *ſalliſſem, ſalliſſe.* á Salui, *ſaluiſſem, ſaluiſſe.*

De verbo in or.
Cap. XI.

Verbum in or à verbo in o, vel vere formatur, vel fingitur.

Vere formatur paſſivum mutando, o, in or: s, in ris vel re: t, in tur: mus, in mur: tis, & te, in mini : tote, in minor : m, in r : is, brevem, in eris vel ere penultima brevi : re, in ri, ſi figuratiua longa eſt. Sin brevis eſt, delendo re & mutando, e, brevem, in i, longam : ut ab, *Amo, amor,* ab *amas amaris,* vel *amare,* ab *amat amatur,* ab *amamus, amamur.* &c.

Ab, o, hanc conjugationem fingunt deponentia, & communia, quę ſemper per or, nũquam per o, flectuntur. De-

Deponentia ſunt actiua in or, ut *loquor*, [I, ſpeak.] *Utor*, [I uſe.] *Lætor*, [I rejoyce.]

Communia ſunt actiua & paſſiua in, or, ſimul: ut *Conſolor*, [I comfort, or am comforted.] *Oſculor*. [kiſſe, or am kiſſed.] *Meditor*, [I panſe, or am panſed on.] *Experior*, [I trye, or am tryed.]

De conjugatione paraloga.
Cap. XII.

COnjugatio paraloga, quæ ab analoga deficit. Eſtq; omnino paraloga, aut partim paraloga.

Omnino paralogum eſt, *Sum*, & *Poſſum*, ejus compoſitum.

Præſ. { *Sum, es, eſt : ſumus, eſtis, ſunt.* (*ſunt*
{ *Poſsum, potes, poteſt : poſſum⁹, poteſtis po*

Impe. { *Eram,* / *poterã* } *ras, rat : ramus, ratis, rant.*

Perf. { *Fui.* / *Potui.* } *ſti, it : imus, iſtis, erunt* vel *ere.*

Plusq. { *Fueram.* / *potuerã.* } *ras, rat : ramus, ratis, rant.*

Futur { *Ero,* / *potero,* } *ris, rit : rimus, riits, runt.*

Secun-

SECVNDO MODO.

Præſ. { *Sim, Poßim.* } *is, it : imus, itis, int.*

Impe. { *Eſſem, poßem,* } *ſes, ſet : ſemus, ſetis, ſent.*

Perf. { *fuerim, potuerim,* } *ris, rit : rimus, ritis, rint.*

Pluſq. { *fuiſſem, potuiſſem,* } *ſes, ſet : ſemus, ſetis, ſent.*

Futur { *Fuero, Potuero,* } *ris, rit : rimus, ritis, rint.*

TERTIO MODO.

Fut. { *Es* vel *eſto, eſto : eſte* vel *eſtote, ſunto.*

INFINITO MODO.

Præſ. { *Eſſe, Poſſe,* } Perf. { *Fuiſſe, Potuiſſe,* }

Partim paraloga ſunt, *Do, Sto, Fero.* quę nulla lege pręterita fundunt : *Dedi, Steti, Tuli* ; *Volo,* & ejus compoſita, *Nolo,* & *Malo.*

PRÆSENTE PRIMI MODI.

Volo, vis, vult : volumus, vultis, volunt. Nolo, non-vis, non-vult : nolumus, non-vultis, nolunt. Malo, mavis, mavult : malumus, mavultis, malunt.

PRÆ-

PRÆSENTE SECVNDI MODI.

Velim, Nolim, Malim, } *Is, it: imus, itis, int.*

IMPERFECTO SECVNDI MODI.

Vellem, Nollem, Mallem, } *les, let: lemus, letis, lent.*

TERTIO MODO.

Noli, nolito: nolite vel *nolitote.*

INFINITO MODO.

Præſ. { *Velle, Nolle, Malle,* } Perf. & pluſ. per { *Voluiſſe, Noluiſſe, Maluiſſe,* }

Fero, fers, fert: fertis. Imperfecto ſecundi modi. *Ferrem, res, ret: remus, retis, rent.*

Futuro ſecundi modi, *Fer, ferte, fertote.*

Infinito modo, *Ferre.*

Tertio modo, *Dic, Duc, Fac, Fer.* pro *dice, duce, face, fere.*

Conjugatio per or, in vicem perfecti, et ejus ſobolis ſubſtituit *ſum*, cum participio paſſiuo. Ut *Amatus, ſum* vel *fui: amatus eram* vel *fuerã: amatus ſim* vel *fuerim: amatus eſſẽ* vel *fuiſſem: amatus ero* vel *fuero; amatũ eſſe* vel *fuiſſe.*

DE

DE NOMINE
liber ſecundus.

De genere.
Cap. I.

NOMEN eſt vox vnius perſonæ, per Genera & Caſus flexa. Eſtque ſubſtantivum aut adjectivum.

Subſtantivum eſt, quod uno genere continetur, aut ſummum duobus. Eſtque genus verum, aut fictum.

Verum genus eſt veri ſexus. Eſtq; maſculinum, aut fœmininum.

Maſculinum eſt marium: ut *Vir, equus, gallus, Rex, augur, Virgilius.*

Fœmininum eſt fœminarum: ut *Mulier, equa, gallina, Regina, pytho, Penelope.*

Fictum genus eſt rerum ſine ſexu. Eſtq; proprium, aut uſurarium.

Proprium genus rerum ſine ſexu eſt Neutrũ ut *regnum, corpus, æquor, nomen.*

Usurarium, quod à vero sexu usu captum est ut *lapis*, est masculinum, *virtus*, fœmininum, quia usus ita fert.

De genere adjectivorum.
Cap. II.

ADjectivum est, quod tria continet genera.

Eaq; vel uno fine, ut hic, hæc, & hoc *Prudens*,

Vel duobus, ut hic, & hæc *tristis*, & hoc *triste*.

Vel tribus, iisque distinctis per, us, a, um. ut, *Verus, vera, verum*. Vel per r, a, um: ut, *Pulcher, pulchra, pulchrum*. Vel per r, is, e: ut, *Acer, acris, acre*.

De Casu.
Cap. III.

CAsus est rectus, aut obliquus. Rectus est Nominativus, & Vocativus.

Obliquus est Genitivus, Dativus, Accusativus, & Ablativus.

Nominativus, & vocativus sunt similes: ut, hæc *penna*, ô *penna*.
hic *liber*, ô *liber*.

In neutris, nominativus, accusativus, & vocativus

cativus ſunt ſimiles: & in plurali ſemper exeunt in à brevem.

In plurali dativus, & ablativus ubiq; ſimiles.

De declinatione.
Cap. IIII.

NOmina per caſus ſunt indeclinabilia, aut declinabilia. Indeclinabilia: ut, *fas*, *nefas*, *nihil*: & numeri à tribus: ut, *quatuor*, *quinque*.

Declinabilia ſunt anoma, aut ennoma: anoma ſunt: *ego*, *tu*, *ſui*, *hic*, *qui*, *ambo* & *duo*.

	Nom.	Genit	Dativ.	Accus	Vocat.	Ablat.
Sin	*ego*,	*mei*,	*mihi*,	*me*,		*me*,
Plu	*nos*,	*noſtrũ*, *noſtri*,	*nobis*,	*nos*,		*nobis*,
Sin	*tu*,	*tui*,	*tibi*,	*te*,	*tu*,	*te*,
Plu	*vos*,	*veſtrũ* *veſtri*.	*vobis*,	*vos*,	*vos*,	*vobis*,
Sin Plu		*ſui*,	*ſibi*,	*ſe*,		*ſe*,

Nom. *hic*, *hæc*, *hoc*: gen. *hujus*, dat. *huic*, acc *hunc*,

hunc, *hanc*, *hoc*. vocat. caret. ablat. *hoc*, *hac*, *hoc* Plur. Nom. *hi*, *hæ*, *hæc*. genit. *horum*, *harum*, *horum*. dat. *his*. accuſ. *hos*, *has*, *hæc*. vocatiuo caret. ablat. *his*.

Nom. *qui*, *quæ*, *quod*. genit. *cujus*, dativ. *cui*, accuſ. *quem*, *quam*, *quod* vocat. caret. ablativ. *quo*, *qua*, *quo*, vel *qui*. Nom. plurali, *qui*, *quæ*, *quæ*. genit. *quorum*, *quarum*, *quorum*. dat. *quibus* vel *queis*. accuſ. *quos*, *quas*, *quæ*. vocat. caret. ablat. *quibus*, vel *queis*.

No. pl.	Genitiv'	Dativus	Accuſ.	Ablat. vt Dativ. Vocat. deeſt.
Ambo	*Amborum*	*Ambobus*	*Ambos*	
Duo,	*Duorum*,	*Duobus*,	*Duos*,	
Ambæ	*Ambarum*	*Ambabus*	*Ambas*	
Duæ,	*Duarum*,	*Duabus*,	*Duas*,	
Ambo	*Amborum*	*Ambobus*	*Ambos*	
Duo.	*Duorum*.	*Duobus*.	*Duos*.	

De prima pariſſyllaba.
Cap. V.

ENnoma eſt, quæ certa forma flectitur. Eſtque analoga, aut paraloga. Analoga eſt juſta, aut contracta.

Juſta, quæ juſtis ſyllabis perficitur. Eſtq; pariſſyllaba, aut impariſſyllaba.

Pariſſyllaba eſt, quæ paribus ſyllabis incedit: eſtque



Candido Lectori.



ABES, LECTOR, GRAMMATICÆ noſtræ Rudimenta. id eſt, præcepta, quorum uſus neceſſarius. Hæc, ſi reliqua diſcipulis libet inter uſum ſubjicere, pro juſta grammatica facile ſufficiant. Neque deſunt viri doctiſſimi, inter quos Mecœnas meus non minore literarum laude, quam generis ſplendore, & ampliſſimis à Sapientiſſimo Rege collatis dignitatibus illuſtris, qui hoc docendi genus pro certiſſimo tuentur. Certius enim diſci ex uſu pręcepta, quam ex pręceptis uſum. Hoc *Aſcamus* in pædagogo ſuo multis argumẽtis probar. Ab hac ſententia hoc tantũ abſum: quod poſt mediocrem latinę linguæ uſum integram grammaticam volenti ſerio latine ſcire, proponendam

eſſe

esse censeam. Interim hæc ad verbum ediscenda; & ad exempla auctorum exigenda erunt: usq; dum linguam ad mediocrem latinitatis peritiam armaveris. Unum est quod moneam, ne quis me putet per oblivionem methodum mutasse: diphthongos, quas cum vocalibus conjunxeram, amicum quendam cujus candori hic multum debeo, monuisse, postquam grãmatica jam typis excusa esset, melius ad syllabas pertinere Itaq; visum est hic quoq; hanc opinionem edere, re nondum satis per angustias temporis deliberata: ut omnes videant me non tam mea placita, quam verum defendere: omnesq; orare, ut operas conferant, conẽturq; sua ope nostrã SCOTIAM illustrare. Quod si quid peccatum est, ut sumus omnes homines, Omnes oro atq; rogo, ut ingenue & candide moneãt Vale & nostra opera fruere.

tuus,

ALEXr HVMIVS.

Eſtque prima aut ſecunda.

Prima habet Nominativum in a, brevem. Genitivum, & Dativum in æ, diphthongum. Accuſativum in am, brevem. Vocativum, ut Nominativum, Ablativum in a, longam. Pluralem Nominativum in æ, dipthongum. Genitivum in arum, Dativum in is, longam, Accuſativum in as, longam, Vocativum ut Nominativum, Ablativum in is, longam.

	Nom.	Genit.	Dativ.	Accuſ.	Vocat.	Ablat.
S.	*Pinna*	*pinnæ*	*pinnæ*	*pinnam*	*pinna*	*pinna.*
Pl.	*Pinnæ*	*pinnarum*	*pin[illegible]*	*pinnas*	*pinnæ*	*pinnis.*

Hic a, eſt fœmininum. ut *Penna*, *Pæna*, *Pinna*, *Ala*, *Mala*, *Criſta*, *Ciſta*.

De ſecunda pariſſyllaba.
Cap. VI.

SEcundæ nominativus habet er, us, & um. breves. Genitivus, i, longam. Dativus, o, longam Accuſativus, um, brevem. Vocativus ut nominativus. Ablativus o, longam.

Pluralis nominativus, i, longam. Genitivus orum. Dativus, is, longam. Accuſativus, os, longam. Vocativus ut nominativus. Ablati-

tivus, ut Dativus, ut :

	Nom.	Genit.	Dativ.	Accuſ.	Vocat.	Ablat.
Sin.	*Liber,*	*libri,*	*libro,*	*librum,*	*liber,*	*libro*
Plur.	*libri,*	*librorũ*	*libris,*	*libros,*	*libri,*	*libris*

Hic er, & us, ſunt maſculina : ut, *Liber*, *Aper* : *Dominus*, *Servus*.

Um, eſt neutrum : ut, *Scamnum*, *Damnum*.

Nominativus in us, fundit vocat. per e, brevem : ut *Dominus*, *domine*. *Servus*, *ſerue*.

De prima impariſſyllaba.
Cap. VII.

Impariſſyllaba, quæ per ſyllabas im pares incedit. Eſtq; per omnes obliquos impariſſyllaba, aut per genitivum, & dativum ſingulares : genitivum, dativum, & ablativum plurales tantum.

Per omnes obliquos impariſſyllaba habet nominativum varium. Genitiv. per is, brevem, Dativum per i, longam, Accuſativum per em brevem, Vocativum ut nominativum, Ablativum per e, brevem. Nominativũ pluralem, per es longam, Genitivum per um, brevem, Dativum per ibus, Accuſativum per es, longam

gam, Vocativum ut nominativum, Ablativum ut dativum. ut,

	Nom.	Genit.	Dativ.	Accuſ.	Vocat.	Ablat.
Sin.	*Lapis,*	*lapidis,*	*lapidi.*	*lapidem,*	*lapis,*	*lapide,*
Plur.	*Lapides*	*lapidū*	*lapidib⁹*	*lapides*	*lapides*	*lapidib⁹*

Hæc creſcit per duas ſyllabas, ut *Iter itineris,* aut per unam. Quæ per unam creſcit, aut addit is, ut *Color coloris*: aut nis, ut *ligo, ligonis*: aut tis, ut *Thema thematis* : aut recipit in finem di, ut, *Lapis lapidis*, aut ri, ut *Corpus corporis*, aut ni, ut, *Sanguis ſanguinis*, aut ti, ut *Samnis ſamnitis*. Sed hanc varietatem ad juſtam grāmaticam referimus.

De ſecunda impariſſyllaba. Cap. VIII.

SEcundæ impariſſyllabæ nominativus habet es, longam. Genitivus, & Dativus, ei. Accuſativus, em, brevem. Vocativus ut nominativus. Ablativus, e, longam.

Nominativus pluralis, es, longam. Genitiv. erum. Dativus, ebus. Accuſativus, es, longā. Vocativus, ut nominativus. Ablativus ut Dativus. ut,

	Nom.	Genit.	Dativ.	Accus.	Vocat.	Ablat.
Sin.	*Facies,*	*faciei,*	*faciei,*	*faciem,*	*facies,*	*facie,*
Plur	*Facies,*	*facierũ,*	*facieb⁹,*	*facies,*	*facies,*	*facieb⁹*

De declinatione contracta. Cap. IX.

DEclinatio contracta, quæ duas vocales, justæ in unam contrahit longam: à nominativo, in us, brevem, Genitivus, üis, contrahitur, in us: Dativus, üi, non contrahitur. Accusativus, in üem, contrahitur in um: Vocativus ut nominativus. Ablativus, in üe, cõtrahitur in u. Nominativus, Accusativus, & Vocativus Plur. in ües, contrahũtur in us. Genitivus, üum, non contrahitur. Dativus, & Ablativus, üibus, ejecto u, in ibus. ut

	Nom.	Genit.	Dativ.	Accus.	Vocat.	Ablat.
Sin.	*Cultus.*	*cultus,*	*cultui,*	*cultum,*	*cultus,*	*cultu,*
Plur.	*cultus,*	*cultuũ.*	*cultib⁹,*	*cultus,*	*cultus,*	*cultibu[s]*

De Heteroclitis. Cap. X.

Hete

HEteroclita ſunt, quæ in leges incrementi peccant. Suntque impariſſyllaba in pariſſyllabis, aut pariſſyllaba in impariſſyllabis.

In ſecunda pariſſyllaba, impariſſyllaba ſunt quædam legittima: *Socer*, *ſoceri*. *Gener*, *generi*. *Vir*, *viri*. Et adjectiva, ut *Tener*, a, um. *teneri*, æ, i.

Quædam illegittima, quæ genitivum flectunt per us, brevem: & dativum per i, longã. Suntque *ille*, *ipſe*, *iſte*, *is*, *alter*, *uter*, *neuter*, *totus*, *ſolus*, *unus*, *ullus*, *nullus*, *&* *alius*. Ut *ille*, *illa* *illud*. *illius*, *illi*, *illum*, *illam*, *illud*. Et reliqua analog*ωs*.

Pariſſyllabum in impariſſyllaba eſt, e, neutrum: ut, *Monile*, *monilis*. Es, fœmininum: ut, *Labes*, *labis*. Et is, incertum, ut hæc *vallis*, *vallis*. hic *Enſis*, *enſis*. hic & hæc *Clunis*. Et inter, maſculina, ut *Venter*, *ventris*, *Uter*, *utris*.

De Anomalis.
Cap. XI.

ANomala ſunt, quæ in leges caſuum peccant.

Pariſſyllaba paraloga genitivum pluralem flectunt per ium. Ut *Vallis*, *vallium*. *Menſis*,

menſium, enſis, enſium.

Neutra flectunt ablativum ſingularem in i, & plurales caſus in a, per ia: ut, *Monile, monili, monilia.*

Carent genitivo, dativo, & ablativo, plurali, omnia fere ſecundæ impariſſyllabæ. ut, *Meridies.*

Carent plurali omnia nomina rei unius propria, ut *Petrus, Britannia, Edinburgum.*

Carent ſingulari, quæcunque plura ſignificant, ut *Gralle, Valuæ, Bigæ.*

De Comparatione.
Cap. XII.

COmparatio eſt adjectivorum per gradus variatio. Eſtq; poſitivus, aut derivatus.

Poſitivus, qui datus eſt rebus ſimpliciter ſignificandis: ut *Albus, Fortis.*

Derivatus eſt comparativus, aut ſuperlativus. Comparativus poſitivum per magis auget, formaturque à primo caſu in i, addendo or, & us, ut ab *Albi, albior*, à *Forti, fortior.*

Superlativus poſitivum ſuperat, per maxime. Formaturque à nominativo, aut primo caſu in i.

Formatur à nominativo in r, addendo rimus ut

ut à *Celer*, *celerrimus*: à *Miser*, *miserrimus*.

Aut à primo casu in i, addendo ssimus, ut ab *Albi*, *albissimus*. à *Forti*, *fortissimus*.

De Supinis.
Cap. XIII.

SVpina sunt nomina flexa à præterito perfecto in um, & u. Formanturque vel mutādo vi, in tum, & tu,: ut *amavi*, *amatum*. *amatu* vel ui,& i, in itum, itu: ut *habui*, *habitum*, *habitu* *Bibi*, *bibitum*, *bibitu*: *Fugi*, *fugitum*, *fugitu*.

Gerundia sunt nomina flexa à præterito imperfecto mutando incrementum in ndi, ndo, ndum. Ut *Amabam*, *amandi*, *amando*, *amandum* *Fugiebam*, *fugiendi*, *fugiendo*, *fugiendum*.

De Participiis.
Cap. XIIII.

PArticipia sunt nomina adjectiva flexa ab imperfecto, aut supino.

Ab imperfecto flectuntur participium præsentis temporis activum, & futuri passivum.

Activum præsentis temporis formatur mutando incrementum, in ns, ut ab *Amabam*, *amans*: à *Complectebar*, *complectens*.

Paſſivum futuri temporis formatur mutando incrementum in, ndus, ut ab *Amabar*, *amandus*. à *Docebar*, *docendus*.

A ſupino flectuntur paſſiua in us, & actiua in rus. Paſſiua ad ſupinum in u, addendo, s, ut ab *Amatu*, *amatus*. à *Doctu*, *doctus*.

Actiua ad ſupinum in u, addendo rus, ut, ab *Amatu*, *amaturus*. à *Doctu*, *docturus*.

DE









DE VOCE IMpersonali, liber tertius.



Ox impersonalis est, quæ nullam personam notat. Estque adverbium, aut conjunctio.

Adverbium est vox impersonalis solas voces afficiens. Estq; primum, aut deriuatum.

Primum quod ipsum natum est in suam significationem, ut *nunc*, *heri*, *cras*, *ubi*, *non*, *ita*.

Derivatum quod aliunde deflexum est: ut, *Pulchre*, *probe*, *fortiter*, *prudenter*.

Quæ etiam comparantur: ut *pulchrius*, *pulcherrime*. *fortius*, *fortissime*. *prudentius*, *prudentissime*.

Conjunctio est vox impersonalis plures voces conjungens: ut, *Et*, *que*, *aut*, *vel*: *Si*, *nam*, *quia*. &c.

DE








S



P
C
con
S
& p
A
ſun
Eſt
V
& p
F
lau



De SYNTAXI.

De concordantia nominis & verbi. Cap. I.

SYNTAXIS est secunda pars grammaticæ de vocum compositione. Estque personalis, aut impersonalis.

Personalis est concordantia, aut rectio.

Concordantia est suppositi & appositi, in communibus affectionibus convenientia.

Suppositum est sui generis, casus, numeri, & personæ nomen substantivum.

Appositum est, quod ad suppositi genus, casum, numerum, & personam accommodatur Estque verbum, aut nomen.

Verbum cum supposito convenit numero, & persona. Estq; finitum, aut infinitum.

Finitum cum recto convenit: Ut, *Probitas laudatur & alget. Suus cuiq; est mos, inter bonos amicitia,*

amicitia, inter malos factio est.

Infinitum cum accusatiuo convenit: ut, *Quæ libet facere est Regem esse. Tene istuc dicere! Foris sapere! non posse tibi consulere.*

De concordantia nominum.
Cap. II.

NOmen cum supposito convenit genere, numero, & casu. Idque in eodem commate est, aut ex alio commate repetitur.

In eodem commate concordantia est continua, aut divisa.

Continua, ut, *Quandoque bonus dormitat Homerus: Amicus certus in re incerta cernitur. Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem.*

Divisa verbo dividitur: ut, *Homerus fuit cæcus. Ego cupio esse diues. Æsopus est mancipium.*

Ex diverso commate relativum antecedens repetit: *dimidium facti qui bene cœpit habet. qui cavet ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet.*

De concordantia unius appositi cum multis suppositis.
Cap. III.

APpositum cum multis suppositis convenit, cum omnibus simul, acsi unum sint plur-

rale. Eaq; ſunt ſimilia, aut diſſimilia.

Cum ſimilibus per ſimilia omnia couvenit: ut, *Nacti vacuas ab imperiis Sardiniam, & Siciliam, Valerius & Curio. Opus eſt iis quas ſemper intellexi in te ſitas, fide & taciturnitate.*

Cum diſſimilibus verbum, aut nomen convenit. Verbum cum prima, aut ſecunda perſona convenit.

Cum prima convenit ſi inter diſſimiles perſonas prima eſt, ut, *Ego, tu, & condiſcipuli neglecta lectione ludimus.*

Cum ſecunda convenit ſi inter diſſimiles perſonas eſt nulla prima, ut *Tu, & frater pugnatis, Tu, & tui inique facitis.*

Nomen cum maſculino, aut neutro genere convenit.

Cum maſculino convenit; ſi diſſimilia verū ſexum implicant, ut *Mulciberis capti Marſque Venuſq; dolis. Rogat quam pridem mihi pater, & mater, mortui eſſent.*

Cum neutro convenit: ſi diſſimilia fictum ſexum implicant, ut *Genus, ætas, eloquentia, prope paria fuerunt. Divitiæ, decus, gloria, in oculis ſita ſunt.*

De rectione adjuncti.
Cap. IIII.

REctio est vocum diversæ personę unius in aliam transeuntis. Estque immediata, aut mediata.

Immediata est, quando sine medio nomen substantivum in substantivum transit.

Estque adjuncti in subjectum, aut subjecti in adjunctum.

Substantivum adjuncti regit genitivum subjecti. Idque continuo aut divisim.

Continuo. ut, *Crescit amor nummi. Platonis politia. Fæx Romuli. Virtus parentum.*

Divisim quando verbo dividuntur, ut, *fraus Vulpeculæ, vis leonis habetur. Pecus est Ægonis, non Melibæi.*

De rectione subjecti.
Cap. V.

SUbjectum in adjunctum transit per adjectivum notæ. Idque cum adjuncto, aut cum subjecto convenit.

Quando cum adjuncto convenit, genitivo, aut ablativo pronunciatur. ut, *Virgo egregia forma, atque ætate integra. Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris.*

Quando cum subjecto convenit, ablativo pronunciatur. ut, *Antonius æger pedibus. Lucus gratissimus umbra. privignus adultus ætate.*

De rectione verbi primaria.
Cap. VI.

REctio mediata eſt perſonæ regentis in rectam media vi tranſitio. Medium eſt verbum, aut nomen.

Verbum activum regit accuſativum patientis. Idq; ſolum, aut cum infinito. Accuſativũ patientis ſolum, quodvis activum regit. ut, *Obſequium amicos, veritas odium parit. Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. Nucleum amiſi: reliqui pignori putamina.*

Accuſativum cum infinito regunt verba quę in actum alius verbi tranſeunt. ut, *Si jures ſolem eſſe ſolem, equidem credam eſſe lunam. Scis me reddidiſſe gratiam.*

Paſſiua regunt ablativum agentis cum a, vel ab: ut, *Vapulat à Præceptore. Non poteſt ab omnib⁹ audiri. Ab hoſte melius eſt occidi, quàm venire.*

Dativum accerſunt agentis participia paſſiva, & gerundium nominativi caſus, ut *liberior fratri ſumpta mihiq; toga eſt. Vigilandum eſt ei, qui cupit vincere.*

De vi nativa verbi.
Cap. VII.

SEcundaria verbi rectio eſt vi nativa, aut vi compoſitionis.

Vi

Vi natiua quodvis verbum admittit dativum ejus, cui fiat: ut, *mihi istic nec seritur, nec metitur. Imperat, aut servit collecta pecunia cuiq́z. Rete non Accipitri, aut Milvio tenditur. Fortuna multis nimium dedit: nulli satis. Animo cupienti nihil satis festinatur.*

Verba damnandi, purgandi, accusandi, monendi, regunt genitivum criminis, culpæ, aut pœnæ: ut, *Incusat probri. Damnat sceleris. Postulat repetundarum.*

De vi natiua nominis.
Cap. VIII.

ADjectiva quæ bono, aut malo sunt, regunt dativum. ut *Gravis paci. Inimicum quieti. Bonus fœlixque suis. Gratum mihi.*

Partitiua regunt genitivum totius. Suntque dualia, aut pluralia.

Dualia partiuntur duo. ut, *Utra manuum. Alter oculorum. Durior pedum.*

Pluralia partiuntur plura: Ut, *Quis deorum. Quisquis omnium. Durissima matrum. Prudentissimus Regum.*

Comparatiua regũt ablativum ejus ad quod fit comparatio: ut, *Vilius auro. Vilius virtute. Onus parvo corpore majus. Geris te minorē diis*

Similis, dissimilis: par, impar: communis, & proprius, dativum, regunt ut, *jus debet omnibus esse cõmune. Deo similis. Par tibi. Impar mihi. Nihil est proprium cuiquam. Dissimilis sibi*

Dignus, & indignus, ablativo gaudent. ut, *Dignus es odio. Indignus contumelia.*

De secundaria rectione vi compositionis. Cap IX.

VI compositionis verba vel in dativum, vel in casum compositi feruntur.

In dativum feruntur, composita cum a, ab, de, e, ex, præ, ad, con, sub, post, ob, in, & inter. ut, *Æquitati multum aufert fraus impiorũ. His & illud accedit. Imminet mihi magnum malum. Ego præluxi meis majoribus. Negotio non interfuit, sed præfuit.*

In accusativum compositi feruntur composita cum ad, in, sub, trans, circum, am, con, & præter. ut, *Adibo hominem & hanc, quam video velle, inibo gratiam. Subit conditionem. Traduxit copias Axonem. Ambeo consulatum. Conveni quendam mei loci, atq; ordinis.*

In ablativum feruntur composita ex a, ab, de e, ex: ut, *Eripuit me malis. Eximo me dolis. Est virtus placitis abstinuisse bonis.*

In genitivum feruntur composita cum res, & satis.

Res in interest, & refert, genitivum exigit suum, aut cum adjectivo possessivo, mea, tua, sua, nostra, vestra, convenit: ut, *Interest omnium. Refert bonorum cum bonis viuere. Mea, tua, sua, interest, aut refert.*

Satis in satago, suum regit genitivum: ut, *Rerum suarum satagit.*

De vi præpositionis.
Cap. X.

PRæpositionum usus est certus, aut ambiguus.

Harum cum accusativo ad, apud, ante, adversus vel adversum, cis, citra, circum, circa, erga, extra, intra, infra, juxta, contra, ob, pone, per, prope, propter, post, penes, prȩter secundum, secus, supra, trans, ultra, usque & versus.

Harum cum ablativo, a, ab, abs, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, & absque.

Ambiguus est usus harum, nunc cum accusativo, nunc cum ablativo: in, sub, super, subter, & clam.

De

De Enallage concordantiæ.

Cap. XI.

LIbet, licet, placet, & vacat, nuda à fronte regunt dativum ejus, quod esset suppositũ, ut. *libet Miloni. placet Cæsari. non vacat Jovi.*

Oportet nudum à fronte regit accusativum ejus, quod esset suppositum, ut, *Oportet me, te illum.* &c.

Pudet, piget, pœnitet, miseret, regunt accusativum ejus, quod esset suppositum & genitivum ejus quod esset accusativus: ut, *Pænitet me fortunæ. Pudet te victoriæ. Piget illum facti. Neminis nos miseret.*

Passiva nuda sunt à fronte, quorum activa nuda sunt à tergo: ut, *Statur, Curritur, Sedetur, Dormitur.*

De Enallage rectionis.

Cap. XII,

UTor, fungor, fruor, pro accusativo, ablativo gaudent, ut, *uti foro. fungor officio. fruor meo ingenio.*

Obliviscor, recordor, & memini, pro accusativo, aliquando genitivum recipiunt: ut, *Obliviscor veteris incommodi. Memini historiæ. Recordor lectionis.*

De Eclipsi præpositionis.
Cap. XIII.

TEmpus quando quicque fit, ablativo pronunciatur: ut, *Nocte latent mendæ. Vere seruntur fabæ. Hora nona jentamus, duodecima prandemus, sexta dimittimur.*

Pretium quanti quicque emitur, etiam ablativo: ut, *Parvo constat fames, magno fastidium. Emi tribus assibus, vendidi quatuor.*

Mensura magnitudinis, & temporis in accusativo, aut ablativo usurpatur.

Magnitudinis: ut, *Gnomon septem pedes longus, umbram facit quatuor pedes longam. Abest tribus millibus passuum.*

Temporis, ut, *Totum diem dormit, noctem vigilat. Sex mensibus prius olfecissem.*

Materia pleni, & vacui, genitivo, aut ablativo usurpatur: ut, *Amor mellis, & fellis est fæcundissimus. Abundas pecunia. Cares virtute. Opus hic est fide & taciturnitate.*

Nomina oppidorum respuunt præpositionē: ut, *Studet Parisiis. Rediit Parisiis. Profectus est Parisios.*

Causa & instrumentum respuunt præpositionem: ut, *Mutum metu. Tacito gressu tempora fugiunt. Verberavit me ligno.*

DE SYNTAXI impersonali.

Cap. XIIII.

SYntaxis impersonalis, quæ sine personæ ratione coalescit.

Libera, quæ nulla lege tenetur: ut, *Scite scribis. Male narras. Recte habet. Quorsum pertinet istuc.*

Legittima in convenientiam, aut congruentiam coalescit.

Convenientia in motu, & quiete: modo, & tempore cernitur.

Motu cum syncategorematis à loco, ad locum, per locum verba conveniunt.

A loco cum hinc, illinc, istinc, unde, inde & oppidis in ablativo: ut, *Illinc exiit. Unde rediit. Profectus est Edinburgo.*

Ad locum cum huc, illuc, istuc, intro, foras quo, quorsum, &c. Et oppidis in accusativo: ut, *Heri profectus est Londinum. Huc ad me redi. Eo abijt, quo amor, & jocus vocat.*

Per locum cum hac, illac, istac, qua, nequa, siqua, &c. Et oppidis in ablativo: ut, *Qua itur? Taodunum. Istac reditur ad Ludum. Beruico itur Edinburgum*

Quie-

Quiete verba conveniunt cum ſyncategorematis in loco: Hic, illic, iſtic, ubi, ibi, intus, foris, &c. Et oppidis impariſſyllabis, & pariſſyllabis pluralibus in dativo, aut ablativo: cũ pariſſyllabis ſingularibus in genitivo: ut, *vivit Londini. Studet Pariſiis. Militat Carthagini* vel *Carthagine. Latet hic. Dormit foris. Cœnat intus.*

De conuenientia modo & tempore. Cap. XV.

VErba modo conveniunt, cum modo rei pronunciatæ. Pronunciatio eſt veri, aut voluntatis.

Verum pronunciatur primo modo ſimpliciter: ut, *Nondum teneo lectionem.*

Secundo modo quando, poſſe, velle, aut debere adſignificamus: ut, *Quis rem tam veterem pro certa affirmet?*

Voluntas ſecundo, aut tertio modo pronunciatur. Secundo modo optamus, & permitrimus: ut, *Bene vertat Deus. Profundat, pereat, perdat: nihil ad me.*

Tertio modo præcipimus, & precamur: ut, *Facite, efficite, fingite, invenite, qui detur vobis. Da pater augurium, atq; audacibus annue cœptis.*

Tem-

Tempore verba conveniunt cum ſyncatego rematis temporis præſentia cum præſentibus, præterita cum præteritis, & futura cum futuris: ut, *Hodie cænat apud nos. Heri cænavit domi. Cras cænabit tyburem.*

De Congruentia.
Cap. XVI.

COngruentia eſt vocum nulla communione inter ſe cohærentium.

Ne prohibentis cum tertio modo congruit. *Ne defer ad Præceptorem. Ne ſævi tantopere.*

Quin jubentis cum primo, aut tertio modo congruit: ut, *Quin tu abis hinc in malam crucem Quin dic vno verbo.*

Hei, & væh, cum dativo congruunt: ut, *Hei mihi. Væh tibi cauſidicem.*

De ſocietate participii cum verbo.
Cap. XVII.

PLura verba vel partim in patticipia liqueſcunt, vel omnino conjunctionibus continentur.

Quę in participia liqueſcunt, vel cum caſibus verbi reliqui componuntur, vel cum ſuppoſito ſuo.

Cum

Cum casibus verbi reliqui componuntur: ut, *Legens audio*: pro lego, & audio. Et *audio legentem*, pro audio, dum ille legit.

Quæ cum supposito suo componuntur, ablativo, quem vocant, absoluto, exprimuntur: ut *Præceptore docente ludis.* Pro dum præceptor docet. *Clausis foribus intus studet.* Pro fores claudit, & intus studet.

De verbis conjunctionibus copulatis. Cap. XVIII.

QVæ conjunctionibus copulantur sunt paria, aut imparia.

Paria conjunctionibus copulativis, & disjunctis componuntur: ut, *Nostri totum diem ludunt, & bonas horas male locant. Aut fugis, aut peris penitus.*

Imparia sunt, quæ sub diversam rationem modorum cadunt. Suntque princeps, & subjunctivum.

Princeps est, quod verum, aut voluntatem pronunciat.

Subjunctivum est, quod principi officio conjunctionis servit: ut, *Nimis vile vinum, atque amor est: si ebrio & amanti impune licet, quod libet facere.*

De

De distinctionibus.
Cap. XIX.

DIſtinctio eſt, qua verborum ditio finitur. Eſtque perfecta, aut imperfecta.

Perfecta plenum ſenſum puncto claudit.

Eſtque punctum enunciationis, aut interrogationis.

Enunciatio puncto rotundo clauditur; ut, *Inter ſecundam, & quartam ludendum erit.*

Interrogatio puncto caudato clauditur; ut, *Eritne inter ſecundam, & quartam ludendum?*

Imperfecta ſenſum imperfectum claudit.

Eſtque partium ejuſdem, aut diverſi generis.

Partes ejuſdem generis colo, aut commate continentur.

Colon eſt, quo periodus primo dividitur duobus punctis: ut, *Si vales: bene eſt.*

Comma eſt, quo partes coli continentur. ut *Si otiaris, & garris: nunquam fructum facies.*

Partes diverſi generis aut parentheſi, aut duobus commatis continentur.

Parentheſi continetur, quod eſt omnino alienum: ut, *Nunc ego (ut de me aliquid glorier) nihil, quod Præceptor docuit, neſcio.*

Duo

Duobus commatis, quod e vicino ſumptum eſt: ut, *Ego ſane, quod in me eſt, non committam, ut ſim ignarus.*

De Ordine.
Cap. XX.

ORdo eſt recta vocum diſpoſitio. Eſtque naturalis, aut uſurpatus.

Naturalis, in quem orationem interpretando reſolvimus. Eſtq; prioris prius, aut poſterioris prius.

Ordo prioris prius eſt, ut ſuppoſitum appoſito, regens recto, primi caſus ſecundis præficiantur, & unum quodque ſecum ſuos trahat comites, ſive ſint ejuſdem, ſive diverſę perſonæ.

Ordo poſterioris prius eſt, cum id quod eſt natura poſterius, præponitur. Eſtque verbi antę ſuppoſitum ſuum, aut recti ante regentem.

Verbum præponitur ſuppoſito ſuo, cum interrogamus, aut imperamus: ut, *Ubinam eſt pater tuus. Repetite ſinguli ſedulo, quæ ſunt reddenda vobis.*

Recta, quis, qui, qualis, quantus, quot, & uter, præponuntur regentibus, & ſecum omnes

es trahunt ſuos comites: ut, *Quorum utrum minus velim, non poſſum facile exiſtimare. Cui dediſti librum meum? Quem meorum æqualium vocabo ad cœnam?*

Ordo uſurpatus eſt, quem uſus confirmavit, quem ex lectione auctorum obſervare oportet.

FINIS.

